Pudlowski quietat de 450 florum Scholomonski

180.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus nobilis Stanislaus Pudlowski publice palam et per expressum recognovit quia est sibi totaliter et plenarie satisfactum de summa quadringentorum et quinquaginta florenorum pecuniae quam habuit super quinque Cmethonibus in Scholomonyce actis castrensibus Premisliensibus inscriptis rationem cuius satisfactionis inscriptionem castrensibus Premisliensibus super summam praefatam sermonem cassat mortificat et in nihilum convertit et hoc a nobili urbano Scholomonyski ac eiusdem urbanum de summa praefata quadringentorum florenorum pecuniae quietat et liberum facit sibique et suis posteris pro praemissis omnibus perpetuum facit et imponit silentium

Vulnera Kolczyzki contra alterum

Nobilis Ignatius Kolczyzki dictus Swiethanka coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus ostendit et manifestavit vulnus cruentum sectum in manu sinistra item vulnus cruentum in digito auriculari manus dextrae item vulnus lividum in fundo item aliud vulnus lividum in medio digitis eiusdem manus dextrae pro quibus inculpavit nobilem Mystko Kolczyzki dictum Waczynyz quae vulnera officium vidit et suscepit

Rlo ulis ex parte Chmieleczkich contra Zamiechowskye

Ministerialis terrestris Premisliensis providus Ffeythko Bysliczka de Kalyenyhowo vicarius nobilibus Stanislao Lowyczki et Andreae Mytkowski secum comparens coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus status personaliter in vim relationis suae recognovit quia eidem ulti et dictis nobilibus est abductus et protestatum sabbato post festum Sancti Andreae apostoli proxime praeterito anno praeterito ex parte Generosorum Jeronimi Subindicis terrestris Premisliensis et Michaelis Chmieleczkych in et contra Generosos Gabrielem et Balthazarum Zamiechowskie quia ipsi Zamiechowscy superdestinando vi et violenter manu forti et armata cum multa caterva hominum Cmethones et subditos de villa Stobno in indagines ac Gayos alias Wlogy et Gaye fundique et haereditate villarum Nyehrowice et Stobienyez ipsorum Chmieleczkych hominum post factas granicies exciderunt in eodem fundo violenter robora alneatica alias olschine et quercinea et alia diversa genus robora in numero trecenta citra vel ultra et ad utilitatem suam converterunt quinquidem ulis praefatis vicarius dictis nobilibus praefatis supplicantes reborum praefatorum recenter excisorum viderunt et debite conspexerunt quae ita et non aliter fieri ipse ulis recognovit et nobiles praefati relatos ipsius ulis attestati sunt

Kossffiez ttr 1540 florum Salomon Judeo

181.

Actum in castro Premisliensi feria secunda ante festum Sancte Prisce proxima anno domini 156 sexto

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Capitalibus Premisliensibus famatus Malcher Kossffycz filius legitimus famati Caspar Koszffycz de Cracovia recedens a terris districtibus iuribus superioritatibus iurisdictionibusque suis quibusvis et a iure suo quolibet civili Maydeburgensi et Chelmensi ac alio quovis tam Cracoviensi et alio quocunque et ubicunque tum et a terrestri si aliquod ipsum habere contigerit et huiusmodi et iurisdictioni praesenti castrensi Capitali Premisliensi se cum bonis ac successoribus suis omnibus cuiuscunque iuris et iurisdictionis subiectis incorporans inviscerando et subiciens sanus mente et corpore existens publice palam et per expressum recognovit quia perfido Salomon Judeo de Zchowo et eius legitimis successoribus tenetur et est debitus certi veri et liquidi debiti sive mutuate pecuniae alias pozizanego dlugu summam mille quingentorum et quadraginta florenorum pecuniae bone monete et muneri polonicalis quinquidem summam supraexpressam mille quingentorum et quadraginta florenorum pecuniae ipse praefatus Malcher Koszffycz inscribit obligat et demonstrat ac assecurat super omnibus bonis suis iuris et obligatoriis mobilibus et immobilibus in pecuniis paratis et omnibus rebus suis tum et mercanciis quocunque nomine vocatis et in totam suppellectili domestica tam in civitate quam extra civitatem Cracoviensem ubicunque et quomodolibet habitis per eumque tentis et possessis nunc habendis et in posterum acquirendis eidem praefato Salomon Judeo et eius successoribus dare et solvere totaliter et plenarie circa acta castrensia Premisliensia in castro Premisliensi reponere et relinquere pro die et festo Sanctorum trium regum proxime venturo in anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo subvadio similis summae mille quingentorum et quadraginta florenorum pecuniae casu vero quo si praefatus Malcher Koszffycz vel eius posteritas supraescriptam summam mille quingentorum et quadraginta florenorum pecuniae pro tempore et die superius expresso seu constituto et in inscriptionem praesenti contento non dederit nec persolverit et circa acta praesentia in castro Premisliensi totaliter et plenarie non reposuerit aut non relinquerit extunc ipse Malcher Koszffycz cum suis posteris vadium similis summae mille quingentorum et quadraginta florenorum pecuniae summae principalis correspondens ipse Salomon Judeo et eius successoribus irremissibiliter et de facto succumbet ad solvendum quod vadium etiam super omnia bona iura et obligatoria mobilia et immobilia quocunque nomine vocata in quibuscunque terris et districtibus ac iurisdictionibus superioritatibusque omnium ipsius Malcher Koszffycz et eius successorum se extendere debet nihilominus tamen ipse Malcher Koszffycz inscribit et obligat se cum